Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Tu scis qd expedit ad pfectum meum et quantum
deseruit tribulacio ad purgandam ru
biginem viciorum. Fac mecum desideratum be
neplacitum tuum et ne despicias peccata
minosam vitam meam. nulli melius nec
clarius quam tibi soli notam. Da michi
dne scire quod sciendum est. hoc amare
qd amandum est. hoc laudare qd tibi summe
placet. hoc reputare qd tibi preciosum
apparet. hoc vituperare qd oculis tuis
sordescit. Non me sinas secundum visionem oculorum
exteriorem iudicare neque secundum auditum
aurium hominum imperitorum sentenciare. sed
in iudicio vero de visibilibus et spiritualibus
discernere atque super omnia voluntatem beneplaciti
tui inquirere. Falluntur sepe hominum sensus
in iudicando. falluntur et amatores seculi
visibilia tantummodo amando. Quid est homo
inde melior quia reputatur ab homine maior
fallax fallacem. vanus vanum. cecus cecum.
infirmus infirmum. decipit dum exaltat
et veraciter magis confundit. dum inaniter
laudat. Nam quantum unusquisque est in oculis suis
tantum est et non amplius ait humilis
sanctus franciscus. Ita summis.

Quod humilibus insistendum est operibus cum deficiatur
Fili non vales semper in ferventiori
desiderio virtutum stare. nec in altiori

l. j.